

## PRAEFATIO.

---

Quod sperabamus, quum a. 1828. minor haec Homericorum carminum editio iteratis curis castigata in lucem emitteretur, acceptam eam atque utilem fore hominibus graecae poeseos amantibus, id eventu iam comprobatum videmus. Toties enim tabulae stereotypae prelum subierunt, ut diurno usu attritae in exemplaribus recens impressis litteras minus luculenter repraesentare viderentur. Itaque quo lectorum commodis optime prospiceretur, quamvis veteres tabulae emendari possent, totum tamen librum denuo typis describi ac novas tabulas stereotypas confici iussimus. Quo facto speramus fore, ut haec editio magis etiam ab exterioris habitus elegantia se commendet, quam superior illa: cui ne in reliquis cedat, maximam dedimus operam. Itaque recensionem

Wolfianam ita repetendam curavimus, quemadmodum in maiore editione nostra a vitiis typothetarum exhibetur castigatissima, ac ne novis erroribus minor haec inquinaretur, summo opere studuimus. Quapropter confidimus, eam non minus quam priores Graecarum litterarum studiosis probatum iri.

Lipsiae, mense Novembri MDCCCXXXVIII.

I A I

P A Ψ

Ulad. I.